



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt XLIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

de ipso fisco Valentianensi, & de aliis rebus locum augmentavit, sumptumque stipendiarium deputans, Canonicos constituit. Ita Chronographus Cameracensis; qui tamen memoriam hinc lapsus videtur, dum Carolo Martello attribuit, quæ Carolo Magno erant adsignanda, ut patet ex Sigeberto in Chronico, & ijs quæ paullo antè diximus.

## CAPVT XLIV.

*VVerdenense monasterium, Germanicè VVerden, in d. Coloniensi.*

**V**Verdena opidum est d. Coloniensis ad Ruram fluvium, in quo exstat illustris Abbatia monachorum Ordinis S. Benedicti à S. Hudgero primo Episcopo Monasteriensi, & Carolo Magno fundata: in qua, hodieque eiusdem S. Hudgeri sacrum corpus quiescit, de quo vide plura apud Ioannem Molanum in Natalibus Sanctorum Belgij 26. Martij. Abbas est Princeps Imperij liber, atque Imperatori immediatè subiectus; estque vnus ex quatuor Imperij Abbatibus, ut nuncupant.

Cæsaris VVerda est itidem d. Coloniensis opidum ad Rhenum fl. situm, in quo nobile est Collegium Canonorum, quod Sancti Suitberti Episcopi, qui Sancto VVil-

N 2 libror-

librordo in opere Apostolico coadiutor fuit  
 sacrum corpus adseruat. De S. Suitberto vi-  
 de pariter Molanum libro citato. Hæc ferè  
 nobiscum conuiuicauit Illustris ac Reueren-  
 dus admodum Dominus Abbas Vverdinensis  
 cum Antuerpiæ anno 1613. nobiscum versa-  
 retur.

*Schvvarczachium monasterium in Franconia  
 seu Francia Orientali.*

815.

**I**Nsigne istud monasterium, in eiusdem no-  
 minis, apud Ostrofrancos ad Mœnum am-  
 nem sito oppido, fundatum & liberalissimè  
 dotatum est in honorem Christi Saluatoris,  
 B. Virginis Mariæ. S. Sebastiani, ac Felicita-  
 tis Martyrum, sub Episcopo sexto Herbipo-  
 lensi VVolfigero, anno Christi 815. imperan-  
 te Ludouico Pio, à *Megnigauo* Duce Ostro-  
 francorum & Comite Ratemburgensi ad Tu-  
 barum, & ab vxore eiusdem, *Ima*, alibi *Imina*  
 dicta, Genebaldi Regis Francorum filia: quo-  
 rum amborum in eiusdem cœnobij templo  
 corpora humata sunt. Dedit fundator statim  
 Abbati primo villam Schvvarczachianam, &  
 præterea multa alia loca expressa in litteris  
 fundatorijs, quarum colophon talis est: *Tra-*  
*dimus vobis & concedimus tibi Benedicto &*  
*monachis tuis presentibus & futuris, solius Dei*  
*& peregrinorum hunc locum cum omnibus ibi-*  
*dem contentis, vt orare debeat is pro felici statu*

S. MA.

*S. Matris Ecclesie, & pro incolumitate dominorum Regum imperantium, presentium, & futurorum. Actum in Megnigaudenhausen super fluuio Leymbach. Dat a mense Martio, anno 816. regnante Ludouico.*

*Hirsaugiense monasterium, in Germania.*

**H**uius monasterij fundatio facta est anno 830. per Erlafridum Comitem & filium eius Nottingum. Consecratio autem facta est in honorem S. Petri & S. Aurelij Episcopi anno 838. per Otgarium Archiepiscopum Moguntinum presentibus Hildiboldo Archiepiscopo Coloniensi, Rabano Mauro Abbate Fuldensi, Hildeuino Abbate S. Dionysij, alijsque plurimis cum sacri tum politici ordinis proceribus. De eo plura qui uolet Hirsaugiensis monasterij Chronica per Ioannem Trithemium edita consulat.

### CAPVT XLV.

*Arremarensis Abbatia, vulgò Monstierameij, in D. Trecensi, in Gallia.*

**C**oenobium Arremarense siue Adremarense Ordinis S. benedicti, quatuor dumtaxat leucis à Tricassina ciuitate subductum est, quod etiam Deruansense nuncupatur; eo quòd in Deruansi silua prima eius fuerint fundamenta collocata, auctorem